




*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

0.  
1.  
1.  
1.  
1.







3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10





1657

1. Bosius, Lu. Aureus: De clinicis.
2. Rehterus, Christophorus Philippus: De affectionibus  
juramenti judicialis.
3. Schroeter, Emeritus Fidenicus: De emphyteusi.
4. Schroeterus, Emeritus Fidenicus: De protestatio-  
nibus.
5. Schroeterus, Emeritus Fidenicus: De supplicationibus.
6. Schroeterus, Emeritus Fidenicus: De perjurio.
- 7<sup>o</sup> et 8<sup>o</sup> Stranchius, Johannes: Quaestiones controversae  
in jure publico Romano - Germanico occurrentes.
8. Stranchius, Johannes: De conditione iudicis
9. Stranchius, Johannes: Dissertatio ad Cap. vne-  
tabilem, extra. de electione et electi potestate.
- 10<sup>o</sup> et 11<sup>o</sup> Stranchius, Johann: De fundo nobili. 2 Exempl.




1657.

11. Structius, Johannes: Praevidelicus juris dices et  
de p. 2. D. de peticibus. ubi de votis.
12. Struve, Georgius Adamus: De fidei commissis  
universalibus
13. Struvius, Georg Adamus: De interdictis in genere, 23  
et in specie de interdictis retinendae possessionis,  
ubi possidetis et utrobi.
14. Struve, Georgius Adamus: De injuriis verbalibus. 2
15. Struve, Georgius Adamus: De superioritate prin- 2  
cipum imperii
16. Struve, Georgius Adamus: De legitimatione
17. Struvius, Georgius Adamus: De iudicio feudali
18. Struve, Georg Adamus: De emptione venditione
19. Struvius, Georgius Adamus: De servitute pascendi











Christo Legumlatore Cœlesti Moderante!

DIATRIBA JURIDICA

De

**SUPPLICATIO-**  
**NIBUS,**

Quam

*Illustrissimo atq; Celsissimo Principe ac Domino,*

**DN. BERNHARDO SENIORE,**

Duce Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Landgra-  
vio Thuringiae, Marchione Misniae, Comite in Marca &  
Ravensberg, Dynastâ in Ravenstein &c.

RECTORE ATHENÆI HUIUS SALANI MAGNIFICENTISSIMO,

CONSENSU

*Magnifici, Nobilissimi atq; Amplissimi Jctorum Collegii*

*in Illustri & florentissima LL. Nutrice Salanâ,*

sub

Patrocinio

VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

**DN. ERNESTI FRIDERICI**

**SCHRÖTERI, Jcti ac Prof. Publ. famigeratissimi,**

Consiliarii Saxonici eminentissimi, Dicasterii Provincialis, Facultatis  
Juridicæ, & Scabinatus Adfessoris gravissimi,

**DN. Promotoris, Patroni, Præceptoris & Hospitis sui**  
omni honoris ac observantiæ cultu sempiternum ob-

sequiosè devenerandi,

*Placido Eruditorum Examini proponit*

**CASPAR Langenbergf Cizâ Misnicus**

Autor

In Themisterio Jctorum Horis consuetis

Ad Diem Novembris

Anno c<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> LVII.

JENÆ è Typographéo CASPARIS FREYSCHMIDII.

950.

1657, 5

5





Christo Legum...  
DIATRIBA JURE...  
SUPPLEMENTUM  
NIBIS  
D. BERNHARDUS  
Duce Saxoniae, Julius, Chirac...  
via Thuringia...  
Rector...  
D. ERNESTUS  
SCHROTER...  
D. ERNESTUS...  
CASPAR...  
in...  
Add...  
Anno...







## PRAEFAMEN.

**E**Xercitium quoddam juridicum placido Amicorum examini atque certamini mihi publice exposituro idem contingit, quod illi accidere assolet, qui ad laurissimum omnisque generis opiparis atque delicatissimis epulis instructum convivium invitatur,

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, dubitans, quasnam tapes praereliquis sit electurus: Idem, adhuc repeto, & mihi jam contingit, siquidem in toto jure nostro, tot tantaeque mihi oblatae materiae, ut non dicam sane in bivio, sed potius in trivio, imo quatrivio diu fuerim constitutus, mecum deliberans, quamnam praereliquis arriperem materiam. Sed cum Ictorum monita paulo altius rimarer atque rumer; Quotidiana scilicet & pernecessaria, inque usu practico frequentem occurrentia, plenius, pinguis & accuratius ob utilitatem venire attingenda, *l. 25. ff. de liberat. legat. l. 1. ff. de susp. tut. & cur.* non immemor etiam sim Aristippi illius responsi: Ea potissimum juvenibus esse addiscenda, quae viris maxime usui sint futura: Quapropter non Diogepis dolium me volutaturum confido, si utilissimam inque foro versatissimam supplicationum materiam pro mei tenuitate ingenio sub disputationis aleam revocarem, cumque illa in arenam descenderem. Ista autem utilissimam esse atque frequentissimam, quotidiana




rerum forensium experientia edocet, ut penè omnes Aulæ,  
Camera, atque Curia, omniaque Parlamenta, Dicasteria  
& judicia supplicationibus sint referta; idcirco non magis  
esse necessarium existimo, illam prolixè commendare,  
quàm quod nix candida sit fusè disputare, cum ista insuper  
etiam non eget commendatione, ipsa enim se ostendit *l. 1.  
ff. de in integr. rest.* Misso itaq; elogio, sine ulteriori verborum  
anfractu ad levem atq; brevem istius pertractationem me ac-  
cingo, spe fretus firmissimâ, etiamsi non omnia ad exactam  
methodum revocaverim, & quæ se offerunt singula perse-  
cutus fuerim, veniam me tamen impetraturum, cum se-  
cundùm illud à Majoribus dictum, in nullo penitus errare,  
& omnibus horis æquè sapere, honestum ab inhonesto, ju-  
stum ab injusto separare, nec unquam ad dextram vel sini-  
stram declinare, *Bend. in proëm. de Revis. n. 13.* potius divini-  
tatis sit, quàm mortalitatis, sicuti Summus ille Nomothe-  
ta & Princeps Augustissimus Justinianus loquitur, *in l. 2. pr.  
vers. si quid C. de vet. jur. enucl.* Totam verò Supplicatio-  
num materiam in duo dispecisci lubet membra principaliora;  
Quorum prius agat de supplicatione in Genere, imprimis  
vero quatenus initium processui præbet: Posterius verò in  
specie, & quatenus tanquam remedium extraordinarium  
seu suspensivum consideratur. Ante-verò quàm istius per-  
tractationem instituo, monente Imper. *l. 2. C. de offic. pref.  
affr. & Nov. 85.* ad Deum T. O. T. M. Summum atque Ju-  
stissimum illum Judicem, Æternumque justitiæ Sacerdo-  
tem (qui res penitus desperatas donare, & consummare suæ  
virtutis magnitudine potest, *s. 2. de concept. Digest.*) pro  
Spiritus sui Sancti moderamine atque auxilio manibus ad  
Coelum erectis, genibusque flexis humillimè supplico, quo  
Disputatio mea felix initium, feliciter medium, terminum  
denique nanciscatur felicissimum! SoLo



952

Solo Spiritu Sancto ergo Moderatore esto  
MEMB. I. SECTIO I.

De  
ETYMOLOGIA, DEFINITIONE AC  
DIVISIONE SUPPLICATIONIS.

 Uemadmodum in omni disciplinarum genere, ita in augustissimâ quoq; nostra jurisprudentiâ rerum quidem potior, verborum tamen seu nominum prior ratio est habenda *l. 41. ff. de jur. dot. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg.* Verba enim sunt rerum notæ, & propter res inventa, *l. 6. ff. de alim. leg. rebusq; inserviunt arg. l. 52. §. 4. de leg. 3.* & juri operam daturum prius nosse oportet, unde juris nomen descendat, *l. 1. ff. de 7. & 7.* Nos itaque de supplicationibus disputaturi, non immeritò etiam unde suam illarum nomen originem trahat, inquirimus: Illud autem à verbo Supplico suos natales ducit, quod iterum à sub & plico derivatur, *Mindanus de process. lib. 1. cap. 3. n. 4.* forsan ob id, quod complicatis manibus nos illi submittamus, cujus opem imploramus, *Ilco Ummius Diss. 5. thes. 1. n. 1.* & quod mos sit paulò submissiùs orantibus obsecrantibusque, ut id faciant manibus plicatis, quod item flexu poplitem & cervicis inclinatione factum esse, meminit *Valla lib. 5. Elegant. c. 11.* Et apud veteres receptissimum fuit moris, ut supplicantes Caput, Dextram, & Genua ejus, quem exorarent supplices contingerent, nec totum tamen Caput, sed mentum modò: ut *Homerus* statuere videtur; vel barbæ medullium, quod probat *Euripides*: id verò *διὰ τὸ πρῶτον*, quia sit in nobis pars illa principalis, in quâ *λογιστικόν*, i. e. rationalis collocetur potentia. Dextram verò *διὰ τὸ ἡγεμονικόν*, quoniam inibi maxima insit ad agendum facultas: Genua verò propter motus & progressionis necessitatem: hæc tria symbolicè Consensum, Actionem &

A 3

PRO.



Progressum ad ea quæ peterentur præstanda complecti videntur, *Rebuff. in tr. de suppl. q. 1. §. interd. 2.*

2. Supplicare igitur denotat humiliter precari, genibus scilicet poplitibusque plicatis seu inflexis, & ab hoc ipso ritu verbum supplico factum esse *Valla d. loc.* statuit; Quæ tamen opinio, tanquam erronea à nonnullis rejicitur, quibus suum addit calculum Schraderus ex mente Spigeli in *Lex: jurid. li. 5* dicens: Supplicare propriè esse demissius orare atque obsecrare, ductò more à miseris, qui manibus plicatis ferè rogant: Hinc nomen Supplicatio plerumque per se etiam Preces submissas Germ: *Eine unterthänige Bitte* denotat, quod inde est colligendum, quia Supplicatio passim per preces, precationem & orationem exprimitur *l. 8. C. de prec. Imp. offer. l. 3. C. de LL. l. 7. C. de divers. rescr. l. 2. C. quand. libell. princ. dat.* ubi in rubrica supplicatio etiam Libellus dicitur, sicut etiam *in l. 1. pr. C. de divers. rescript. & in l. 1. C. de offic. pref. prat.* Sed supplicationes Libelli nomen obtinent à Forma, scripto enim concipi debent & exhiberi *l. pen. C. de divers. rescript.* Nam quamvis in causis planè summariis iudex pro decernendo terminò oretenus tantum possit implorari; In processibus tamen ordinariis hoc in scriptis fieri, neque observantiæ, neque juri contrariatur, *l. 1. C. de prec. Imp. offer.* Preces autem dicuntur à Materia. Supplicationes denique appellantur à Fine & conclusione *l. 2. 4. 6. 7. C. de prec. Imp. offer. & Wesenb. in Parat. C. eod. n. 3.* Cum autem usus supplicationis detur multiplex, de quò, si jam singula describere vellem, justum volumen complerem, uti loquitur *Rebuff. in tr. de suppl. q. 1. n. 1.* mei autem instituti sit. disputatiunculam tantum exercitii gratiâ conscribere, pauculaque pro more disputantium proponere ideoque perpauca ea sum profecuturus.

3. Annotandum verò est, quod imprimis vel Deo Ter. Opt. Ter. Max. vel Hominibus supplicemus; Nam Veteres pro rebus benè gestis Diis suis supplicationes fieri in gratitudinem volebant, *ut ait Livius lib. 10.* ita, si aliquid periculi humano auxilio non ita avertendi, imminebat, supplicatione indicta superis committendum precibus offerebatur, *Job. Ferrar. Mont. in tr. de usu suppl. lib. 4. cap. 1. §. nihil.* Sed quia prior hæc supplicatio ad

Theo-



Theologorum potius Cathedram pertinet, merito ad illos illam quoque cum *Rebuff. d. 106.* nunc rejicio ne idem mihi, quod futuri isti admirandam Apellis picturam taxanti objiciatur, Ne sutor ultra Crepidam; neve finium regundorum formulam vel iudicium illi postulare audeant, veluti de Medicis habet *Duarenus in Scavola n. 4. p. 792.* Supplicatio vero quæ ad Homines spectat, diversimodè accipitur; Primò Generalissime pro omni libello, qui non supremis solum iudicibus, verum inferioribus etiam magistratibus offertur, quibus supplicationibus tam rei, quam actores & omnes, quos causa tangit, si quid à iudicibus consequi, vel sibi nocumentum vitare velint, vel prout negotii qualitas exigit, utuntur. *Rebuff. tr. de suppl. q. 1. n. 4. & 5.* Ac potest hæc supplicatio non tantum ante processum, verum etiam in processu offerri, als da mann umb beförderlichen Bescheid suppliciret/ vel post sententiam, puta, pro executione, ut taxentur impensæ, liquidentur fructus &c: vel ut sententia ex benignitate remittatur aut mitigetur, *Mind. de process. lib. 1. cap. 2. n. 4. Emericus à Rosbach. in process. crim. tit. 1. cap. 13. notat. 5. n. 4.* Interdum sumitur pro libello, quo gratiam vel privilegium aliquod consequi annitimur, veluti quando scemina supplicat, ut prioris mariti dignitate fruatur, si iterum minoris dignitatis viro nubat, *l. fin ff. de Senator.* vel quando Reus supplicat, ut Princeps criminis alicujus veniam indulgeat *l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. 10. ff. de his, qui not. infam. l. 4. ad SCtum Tertul.* & pro multis aliis rebus & privilegiis consequendis, *t. t. C. de prec. Imp. offer.* Deinde Specialius sumitur, pro summaria controversiæ recensitione junctaque petitione pro decernendis processibus. *Mind d. process. lib. 1. cap. 2. n. 1.* In quâ significatione vocabulum supplicationis accipimus in hoc Priori membrò nostræ Disputationis. Denique accipitur Propriissime, pro eâ supplicatione, quæ pro revidenda, vel retractanda sententia, contra quam vel propter iudicis excellentiam, *l. 5. & Auth. C. de prec. Imp. offer.* vel propter statutum provinciæ, aut rescriptum Principis, vel in totum, vel intra certam duntaxat summam, nulla admittitur appellatio, *l. un. C. de sent. pras. prae. Nov. 119. c. 5.* & hanc in posteriori nostræ Disputationis membrò penitus sumus consideraturi.

4. post-





4. Postquam igitur definitionem nominis aliquatenus absolvimus, ex methodi lege est, ut definitionem rei subjungamus hæc enim est amussis proprietatis, & totius exactæ, & methodicæ Disputationis ceu fundamentum quoddam, *Everhard. in Top. loc. à def. n. 4.* & anchorarum, quæ mentem alicujus rei genium investigantem, & in dubitationis mari fluctuantem sistunt omnium firmissima, *Seal. Exerc. 301. sect. 1.* unde Cicerone monitore, semper ab eâ proficisci debet dissertatio; optima enim est traditio, quæ ab eâ orditur, *Mynsing. in pr. Instit. de J. & J. num 5:* Hinc ICtis etiam ab illa ordiri solemne fuisse videmus *in l. 1. & 10. ff. de J. & J. l. 1. ff. de proc. l. 1. de pact.* Circa supplicationis autem definitionem voce in specialiori significato sumptâ varii Dd. variè variant, quorum omnium opinionem prolixitatis vitandæ ratione huc transcribere nolui; Præ reliquis autem mihi arridet illa *Illiconis Ummii Diss. 5. thes. 1.* qui eam sic definit: Supplicationes, inquit, sunt preces humiles judici insinuatæ ad hoc, ut processum decernat, & adversarium citari faciat: Vocabulum *PRECES* hic loco generis ponitur, est enim admodum generale verbum, ut patet *ext. t. C. de prec. Imp. offer.* hõc genere etiam *Hermanus Vultes. de judiciis lib. 4. c. 3. n. 1. Emer. à Rosbach. in prax. civ. tit. 76. n. 1.* & alii in definienda supplicatione usi fuerunt: verbis sequentibus Judici Insinuatæ ostenditur, supplicationem nemini, quàm qui litis sit futurus iudex offerri debere: Nullum igitur alium cujuscunque etiam sit dignitatis de citatione emittenda & processu decernendo, nisi verum iudicem compellare debemus. Jure Cameræ libelli supplices in eum demùm Senatam, cui iudex præest, exhibentur, *part. 1. ord. Cam. 22. §. 1.* Und müssen auch in den rechten Rath darinnen der Cammer Richter ist/ und nicht in den neben Rath überantwortet werden/ *Denais de jur. Cam. 244. n. 5. Sib Wanm. proces. Cam. 1. n. 14.* Semper igitur ad ordinarium Magistratum eundem, ut in civitatibus ad Consulem & Senatam, Bürgermeister und Rath; In Consistoriis Gallicis ad ipsum Parlamentum *Massuer. in prax. tit. de adjornam. n. 32.* hoc est, ad supremarum curiarum Consiliarios, in quibus pauca tractantur, quæ non per supplicationem fiunt, postquam causa inchoata est, vel per literas regias



regias: Unde rubr. Des requestes presentes à la cour *Rebuff. tr. de suppl. q. 1. n. 4. Rosbach. in proc. crim. tit. 1. c. 13. notab. §. n. 21.* Per ultima denique verba, ut iudex processum decernat, & Adversarium citari faciat, supplicationis nostræ finis, & quomodo à reliquis supplicationum generibus hæc differat, adumbratur. Huc usque de definitione, cui non immeritò adjungimus Divisionem; solet enim magis clarum esse, magisque capax, quod divisim traditur, *Fab. super rubr. Inst. de act. & ut Schneidw. in pr. Inst. ead. n. 2.* loquitur, qui benedistinguit, veritati est proximus: Dispersi autem potest in genere & ratione objecti in Civilem & Criminalem; Illa agit tantum de rebus & fortunis hominum; hæc verò de vitâ, honore, & famâ personæ; & propterea hæc eò magis permittitur, quòd plus sit corpus, quàm res externæ *l. 21. inf. C. de SS. Eccles. Wesenb. in Parat. C. de prec. Imp. offer. n. 3. Petr. Greg. lib. 2. de Appell. c. 7. n. 4.* absurdum enim esset hanc in civilibus admittere, in criminalibus autem, ubi non de glande legendâ, vel de pecore pascendo disceptatur, sed de salutis & existimationis sententia agitur, repudiare; *arg. l. fin. lib. 12. C. de agent. in reb. Petr. Greg. d. c. 7. n. 5. inf.* Deinde in judiciali & Extrajudiciali: Extrajudicialis est, quæ ita extra iudicium facta, ut ne quidem ullò modò iudicium respiciat; Judicialis verò, quæ pro iudiciò exercendò exhibetur. Et quæ huius generis sunt, quædam extra iudicium exhibentur, quædam in iudicio; Illæ obtinentur pro decernendis processibus, puta, citatione, vel mandatis, interdum etiam pro processibus promovendis, alsß da man vmb besörderlichen Bescheid oder Bruchsuppliciret: interdum pro sententiis latis exequendis, quamvis ut hæc in iudicio exhibeantur, nihil intersit, sed supplicantis arbitrio relinquatur, extrajudicialiter, an verò in iudicio eas exhibere velit: In iudicio exhibentur necessariò supplicationes pro negotiis iudiciò jam constitutò expediendis, itemque si petatur quid controversiæ, jam in iudicium deductæ, cognatum, Unde fit, ut quandoque is, qui extrajudicialiter supplicationem.

B exhiba-





exhibuit, jubeatur eam exhibere judicialiter, Und wird des Supplicanten suchen gerichtlich Verwiesen; Inter supplicationes autem, quæ sunt judiciales, uti omnium nobilissima, ita prima etiam est ea, quâ Judex imploratur. ut citationem, aliosve processus supplicanti decernat; Ad eam enim si processus petiti denegentur, ad judicium nullo modo devenitur, *Herm. Vult. d. jud. lib. 2. c. 1. n. 46. & seq.*

## SECTIO II.

DE

Persona, quæ supplicat, & ad quam supplicatur.

Sciendum hîc saltem est, quòd omnis is supplicare queat, cujus interest, in specie autem ejus interesse videtur, qui jus agendi habet adversus aliquem, ut ipsi processus aperiatur, & adversarius citetur, & ad respondendum compellatur. Nec refert, utrum supplicationem ipse supplicans, vel ejus nomine Procurator exhibeat; Est enim omnis is actus ejusmodi, ut æquè per Procuratorem atque per seipsum expediri possit. Quod verò eum attinet, ad quem supplicatio, de quâ hîc agimus, sit dirigenda, expeditum, & suprâ aliquatenus jam ostensum est, ad eum supplicationem esse dirigendam, cui est facultas atque potestas ad supplicata sive petita statuendi & decernendi; In specie verò hoc desideratur, ut jurisdictionem habeat in illâ causâ, & inter illas personas, & illò tempore. Si enim certum est aditum supplicatione, se esse judicem incompetentem, supplicantem à se repellat, nec cum partis periculo citationem decernat, *Gl. in c. in duobus in verb. nisi cognoverit, X. de appell. Gail. lib. 1. obs. 119. n. 6.* Quod si verò adhuc dubitetur, utrum competens sit futurus judex, an verò incompetens, ipse aditus de hîc cognoscat, *juxta l. 2. ff. si quis in jus voc. non jer. & l. 5. ff. de judic.* Cæterùm is, cui supplicatur, in supplicationibus recipiendis facilem sese præbere debet, & ut ait *Constit. Imp. in l. 2. de prec. Imp. offer.* aditum supplicanti pandat; Non enim judicem supplicantibus tergum vertere, sed pedem sistere, aures oculosque benignos præbere oportet, quò non hoc solum continetur, ut supplicationes accipiat, sed etiam ut legat,



955  
legat, & deliberatione habitâ certi quid statuat, decernendô vel dene-  
gandô petita, *Valt. de judic. lib. 2. c. 1. n. 50. & seqq.* Quemadmo-  
dum & ea de re Prætori Camerario à summo Principe & Imperii stati-  
bus injunctum est, ut supplicationibus expediendis non minus quàm  
sententiis concipiendis, peculiare, certum commodumq; tempus atq; ho-  
ræ destinentur, ratioque diligens adhibeatur, ne ad triduum vel quadri-  
duum decreti inscriptio ad remorandum processum differatur. Damit  
die Supplicationes gefördert / und nicht drey oder vier Tage liegen  
bleiben p. 1. Ord. Cam. tit. 10.

### SECTIO III.

DE

#### Materia Supplicationum

**M**ateria sive res ob quas supplicationes fiant, sunt multæ & infini-  
tæ; sunt enim omnes illæ, quæ in iudicium deducendæ veniunt;  
Itaque sive in rem, sive in personam, idque tam civiliter quàm cri-  
minaliter quis agere velit, statuendum est indistinctè, hujus supplicati-  
onis usum esse: Neque enim quisquam sibi ipsi jus dicere potest,  
*l. 13. ff. quod met. caus. Donell 17. Coment. 2.* Sed nec iudex non nisi  
rogatus suum impertiri debet officium, *l. 4. § 8. de dam. infect. Mind. lib. 1. c. 1. n. 2.* ut ob id semper sit supplicandum, quotiescunque alterum  
nobis quid facere, dare debere, intendimus. *Ilico Ummius Disp. 5. th. 1. n. 6.* Quoniam igitur supplicationum materiæ sunt diversissimæ,  
ex diversissimis juris, legum & æquitatis fundamentis, actiones produ-  
centes diversissimas; idcirco in omnibus omnino supplicationibus ge-  
neraliter an advertendum, ut materia ad convenientem actionem  
apta sit, & concinnè accommodata, aptèque concludendô producta:  
Conclusio enim, quæ in libellô nunquam ob id omittenda, causam  
petendi, & ipsam desuper petitionem preces & desideria exponit,  
*Mind. lib. 1. c. 6. n. 14.*

### SECTIO IV.

DE

#### Forma supplicationum.

**S**upplicationes bonò ordine & formâ constare debent. Inordi-  
nata enim, præpostera, tumultuaria & obscura sunt: *Mind. lib. 1.*

B 2

c. 6.



c. 6. n. 2. & § 12. vifit. anni 1550. earum qualitates his describit verbis:  
Die Supplicatione: sollen mit allen Fleiß ordentlich und förmlich/dem:  
Rechten des Heiligen Reichs Ordnung und Abschieden gemäß ge:  
stellet seyn: Cum enim ex supplicationibus iudex, & pars adversa,  
agentis desideria intelligere debeant, necesse est, ut sint ritè ac rectè or:  
dinata; Ordo namq; plurimum habet momenti, cum in discendo, tum in  
docendo cum in proferendo, tum in coniecturando & similib. *Everhard.*  
*in loc. ab ord. n. 1.* Ordo petitionis etiam non debet converti, ut quis  
prius petere velit executionem, quàm sententiæ lationem, l. 2. C. de  
exec. rei judic: vel narret, antequam iudicis nomen imploret. Ut au:  
tem libellus supplex aptè ordinatequè elaboretur, requiritur.

I. Honorifica iudicis appellatio. *Cajus* enim in fo:  
rò causas dicentibus, ait, nefas, ut dixerim, videtur esse, nullâ præfatio:  
ne factâ iudici rem exponere l. n. ff. d. orig. Jur. Et sic semper iudicis  
nomen, titulum & honores quos gerit in vestibulo ponere supplicantem  
oportet; que madmodum in Oratione Dominica: Pater noster qui  
es in Coelis: idque non debiti honoris solùm, sed etiam fundandæ ju:  
ris dictionis ergo faciendum, *Mind. lib. 1. c. 6. n. 2.* censet. Ac quamvis  
quilibet per se sciat, à quò quid sperat, vel in quem præsidii spem col:  
locat, ad eum quoque preces esse profundendas, eique libellum suppli:  
cem offerendum: Veruntamen non in iudiciorum processu duntaxat;  
sed etiam in simplicibus extrajudicialibus querulationibus, vel qualis:  
cunque subsidii postulationibus hæc in re non rarò erratur: Unde  
fit, ut vel nunquam, vel tardiùs, vel majori cum negotiò supplicantes  
postulata impetrent; Hic illa igitur observanda venit regula, ut sem:  
per ad ipsum fontem non ad rivulos confluamus. Non  
propter ea solùm, quod:

Dulcius ex ipsò fonte bibantur aquæ,

quæ ipsa etiam non levis est ratio: sed ob id maximoperè, quod uti:  
cum injuria; ita etiam cum offensa Domini atque Principis conjun:  
ctum sit, à famulo, vel ab alio, cujuscunque ille dignitatis siet, petere, et  
supplicandò extrahere velle, quod tamen non ab hòc, sed ab ipso, tan:  
quam scaturigine debeat promanare. *Emer. à Resbach in proc. crim. tit.*

l. c.



*l. c. 13. notab. 5. n. 9. & seqq.* Ut verò iudici, præsertim si eminentioris sit conditionis, supplicationes per alios insinues, prohibitum non est, *Ummius Diss. 5. lb. 1. n. 5.* Pro intercessione etiam, pro auxilio, & re promovenda istis qui Principi à latere, à Consiliis, ab officiis, & apud illum in gratia sunt supplicare quidem utile est & necessarium; Rei tamen principalis libellus ipse, imploratio, & preces Principi ipsi offerenda, & ad ipsum solum dirigenda, *Mind. lib. 1. c. 4. n. 2.* Quamvis igitur in Cancellariis & Consistoriis Cæsaris, Principum, Comitum, &c. causæ à Consiliariis tractentur, decreta etiam ut plurimum sub Cancellariæ sigillo, vel communi senatus vel Consistorii nomine emanent; Tamen si pro decernendis processibus, vel re alia simili supplicare volueris, in Aulâ Principis ipsi Principi, vel si Princeps alteri vices dederit, illi ipsi, qui vel ordinariam, vel delegatam jurisdictionem habet, supplicatio erit inscribenda: Aliàs tanquam informis à Consiliariis rejicitur, *Rosbach. pro off. crim. tit. 1. c. 13. notab. 5. n. 10.*

**II. Conveniens ad petitionem Exordium:** Quod plerumq; à principio atq; fundamentò aliquò generali desumitur, exempli gratiâ in Punctò vel causa injuriarum, ira poterit præter propter formari exordium: *Ob wohl nicht allein die natürliche / sondern auch die Weltliche Rechte vermöchten und haben wolten / daß keiner dem andern an seinem chrlichen Rahmen angreifen / und ihm verunglimpfen solle / so hette jedoch dessen ungeachtet &c. : item in causâ debiti: Ob wohl aller Völkler / und dem gemeinen Keyserlichen Rechten gemäß / daß ein jeder dem andern Treu und glauben halten / und seine von sich gestalte Brieff und Siegel durch richtige Zahlung wieder an sich lösen solle &c.*

**III. Brevis atque perspicua facti narratio:** Nam intentionis in libellò exponendæ narratio, & dilucida esse debet, & brevis, & summaria, *Mind. lib. 1. c. 6. n. 4.* verborum enim prolixitas à jure respuitur, *l. 39. §. 1. C. de appell.* Et propter hanc inconcinnam & inordinatam verborum ab illustrissimis Principibus processûs aliquoties etiam sunt denegati, cum hoc decretò: *Woserne der Supplicant eingezogener und förmlicher petiren würde / soll darauff ergehen &c.* *Mind. d. 1.* Causarum ergò Patroni seu Advocati, perspicue, breviter, apteque, ita, ut iudici de facti qualitate constare possit, supplicationes





concipiant, aliàs non attenduntur, sed tali decretò rejiciuntur: Ist auf vorgebrachte narreta abzuschlagen/aut woserne Supplicanti das fundament seiner petition in specie exprimiren würde/ daß als denn ergehen soll/ was recht ist. Observent hîc etiam Advocati, ut verè facti circumstantias narrent, non tantùm, ut processûs obtineant, sed ut processus decreti etiam exitum sortiantur, & Clientes expensarum, damnum & alia incommoda evitent: Quamvis enim in Camerâ Imperiali pro regula observandum, quòd in extrahendis sive decernendis processibus ad fundandam jurisdictionem Cameræ narratis supplicantis tantisper stetur, donec in processu causæ probetur contrarium, idque obtinere tam in causis simplicis querelæ, quàm appellationum: hinc etiam est vulgatum illud, quod pragmaticis communiter est in ore, quòd narratis supplicantis semper sit standum & credatur: *Vult. de jud. lib. 2. c. 1. n. 61. Gail. 1. Obs. 31. n. 1.* Non tamen semper quoad fundandam jurisdictionem supplicantis narratis creditur, potissimum si notorium sit, supplicationis narrata esse falsa, *Myns. cent. 2. obs. 9. Gail. d. 1. n. 4. & Vult. d. 1. n. 62.*

IV. **Nominum & pronominum omnium citandorum & supplicantium expressio.** Si enim libellus supplex contra *Net. N. Titii* hæredes sit conceptus, non additis hæredum propriis nominibus, decretum datur hòc pacto: Si supplicans hæredum nomina expresserit, fieri debet quid juris est, *Gail. lib. 1. obs. 49. n. 5. in fin.* Vocandi namque absque nominis expressione citari non possunt, & citandi nomen ideò exprimendum, quoniam contra non nominatum executio fieri, & per consequentiam incontumaciam rectè procedi nequit; quomodò enim proclama contra non nominatum decerni posset? cum non entis nullæ sint qualitates *l. 14. §. 1. ff. de jur. Codicill.* ubi dicitur priùs personam, quàm rationem esse quærendam, & qualitas sine subjecto constare non potest, *Gail. d. 1.* erùm hæc nominum expressio tantùm necessaria est, quando personæ sunt singulares: In Civitatibus verò & Universitatibus, ut & in pagis generalem nominationem sufficere receptum est, si modò **Consules & Senatores** item **Universitates & Schulteti** talium Civitatum, **Universitatum & pagorum** nominentur; Ratio est, quia hujusmodi nomina collectiva certam habent juris determinationem, & certum corpus repræsentant, *Gail.*



*Gail. lib. 1. obs. 49. n. 6. & seq. Mind. lib. 1. c. 6. n. 10. Ummius Disp. 5. th. 2. n. 8.* Similiter observandum, quod non ita strictè in supplicatione omnia nomina, quæ interdum plurima, sint exprimenda, sed etiam satis esse, si ex adjunctis, vel actis vel instrumentò vel schedulâ quâdam in Cancellariâ ad inferendum processibus designentur, *Mind. lib. 1. c. 6. n. 11. Ummius Disp. 5. th. 2. n. 8.* Notandum hinc quoque venit, quod ad supplicationum formam atque ordinem scriptura proba & ad legendum facilis pertineat, illasque commendat; Ut enim rectè & eruditè sint conceptæ, scripturam tamen assequi non valeas, quid aliud dicit Accursius, quàm Græca esse, quæ legi non possunt? Hinc *in visitat ann. 64. & 69.* expressè injunctum Procuratoribus: das sie die Supplicationes nicht unrichtig / unförmig und übel geschrieben sollen eingeben mit vorbehaltener Straff / nach ermäßigung *Mind. lib. 1. c. 6. n. 9.*

V. Ipsa Petitiō, quæ ordinatè, distinctè, & specificè exponi debet, & ita deduci, damit das begehren von rechts wegen erfolge *S. 12. visit. anni 1550.* terminos enim in petendo & concludendo non oportet esse ratione inconsequentes & disjunctos: *δύοκο- λα ἢ τὰ ἀνακόλαστα:* Ergo jus, & causa, & intentio quâ quis nititur simul deducenda; ut scilicet iudex ea breviter citationi inferere possit, & reus aliquò modò intelligere, quare ad iudicium vocetur; Sicuti quotidie in mandatis Cameralibus videmus, quod intentionem actoris ita insertam habeant, ut de forma supplicationis integrè constare possit. Causa petendi, utpote quæ est medium concludendi in libellò supplicis necessariò est exprimenda, sine causâ enim stulta, insana & rejicienda erit supplicatio, sicuti & mendici non audiuntur, nisi paupertatem pro medio concludendi allegent, *Mind. lib. 1. c. 6. n. 16.* Et vulgatum est in jure, sine causa nullam esse actionem, & sine actione neminem experiri. Arbitrarium verò est, utrum quis facti speciem prius ponere velit, an verò ipsum petitionis suæ fundamentum; recta tamen ratio suadet, ut prius de mediò sit sollicitus, quò intentionem suam obtinere possit, quàm ad ipsam narrationem prosiliat; medium autem, cum ex jure & constitutionibus desumi soleat, ut suprâ demonstratum, faciliè apparet ejus statim post honorificam Judicis appellationem rationem esse habendam, si non verborum conceptione, saltem supplicantis intentione, *Ummius Disp. 5. th. 2. n. 9.*

VI.



**VI. Conclusio annum, mensem & diem continens;**  
Supplicationibus porro usitatè apponi solet vulgaris illa clau-  
sula : Nobile judicis officium implorandò, pro admi-  
nistratiõne juris atque justitiæ; item omni meliori modo:  
Et harum salutarium seu salvantium Clausularum subjectio, magnam  
olim habebat efficaciam, siquidem informes etiam atque ineptæ suppli-  
cationes die weder förmlich noch schließlich waren admittebantur,  
considerandò non quomodo narrare & concludere deberent. Hinc  
salvantes seu salutes illæ clausulæ à D d. etiam herbæ Betonicæ asimi-  
lantur, eò quòd omnia libelli vitia sanent, *Garl. 1. obs. 62. num. 12.*  
Quoniam verò Procuratores hanc clausulã abuterentur, & ita infor-  
mes, rudes, inordinatas, indoctasque supplicationes traderent,  
ex quibus nec postulata rectè colligi, neque processus in Can-  
cellariã rite produci, nec eitra præjudicium accusati, quærelam sci-  
licet actoris informando (quod contra judicis officium est) processus  
rectè decerni poterant: idcirco per sanctionem pragmaticam in *Comitiis  
spirens. Anno 1552. promulgatam S. wiewohl dann / sublatae sunt at-  
que abrogatae, Garl. 1. obs. 61. n. 12. Mind. 1. c. 6. n. 5. Ummius Disp. 5. th. 3.  
n. 12. Vult. de judiciis lib. 2. c. 1. n. 57.* Hodie igitur nullus amplius illa-  
rum est usus, licet maximè semper de stylo observentur, *Schwannm. 1.  
de process. 1. n. 11.* Jure Camerae quoque omnibus supplicationibus An-  
nus, Mensis, & dies insinuationis ac oblationis der Vberantwortung  
inferendus est & inscribendus; nam diem, quò supplicatum sit, scire  
judicem refert, & ad processûs decernendos interest, tum etiam ali-  
quid momenti habet ad continuationem actorum, & interdum ad  
turbandum præscriptionis cursum; ita ut cum stomachò mireris, quod  
nonnulli notarii atque procuratores affectatò studiò absque die &  
**Consule,** quod agunt, supplicationes scribant, ita ut in stylum pec-  
casse firmiter sibi persuadeant, si libellò tempus apponant *Mind. 1. c. 6. n.  
17. Schwannm. 1. c. 1. n. 15. Denaist. 244. n. 6. Ummius Disp. 5. th. 3. n. 12.*  
**VII. Subscriptio submissa ac debita.** Nò solum deniq; supplican-  
tes, sed supplicatiõnũ quoq; autores vel Advocati vel Procuratores jure  
Camerae sua nomina subscribere tenentur, hanc potissimum fini, ut pro-  
curatorum acta & actitata omnia eò commodius integrè afferentur  
*Mind. 1. c. 6. 13. Ummius Disp. 5. th. 3. n. 12. Schwannm. 1. c. 1. n. 11. &  
seqq.*



958.  
seqq. In territorio Electorali Saxonico, eadem nominum subscriptio  
consuetudine est introducta, quod tamen in foro Saxonico communi  
non observatur. Formula supplicationis, prout hactenus est con-  
siderata, in puncto mutui prater propter potest esse talis:

**E**hle / WohlEhrenveste / Hoch- und Wohlgelahrte  
Hoch und Wohlweise besonders Großgünstige Herrn und  
Hochgeehrte Förderer / Ob wohl aller Völker und dem  
gemeinen Käyserlichen Rechten gemess / daß ein jeder dem andern  
Trew und glauben halten / und seine von sich gestalte Brieff und  
Siegel durch richtige Zahlung wieder an sich lösen solle; Den-  
noch kan denenselben ich meiner erheisenden Nothdurfft nach sup-  
plicando nicht bergen / daß mir Titius vermöge des in Händen ha-  
benden klahren Brieffs und Siegel 1500. Reichß Thaler ex mutuo  
schuldig worden / und nicht alleine solche nach verfließung eines  
Jahres cum interesse danckbahrlich auß zu zahlen bey seinen Ade-  
lichen Ehren Trew und glauben versprochen und zugesaget / sondern  
auch zu desto mehrer Versicherung sein Ritterguth N mit Consens  
und Einwilligung der Fürstlichen Herrschafft und allerseits mit be-  
lehnten zum Unterpfande verschreiben und eingesezet / also und  
der Gestald / daß auff den nicht haltenden Fall / ich mich daran zue-  
hohlen und bezahlet zumachen berechtiget seyn soll; (vel si alia in  
obligatione ad hinc Clausula, adjiciantur) wie solches alles beygefü-  
tes Document tab signo A mit mehrer besaget. Wann ich denn  
nun in der gütte nichts erhalten können / und gleichwohl des meini-  
gen länger nicht entbehren kan / massen der Terminus solationis fast  
doppelt verflossen / als werde Ew. Edlen WohlEhrenvesten / Hoch-  
und Wohlweisheiten Mildrichterliches Ampt hierüber zu implo-  
riren und anzusehen / ich verursacher / mit angehängter Bitte / Sie  
gerühen Großgünstig mir eine Citation zuertheilen / insonderheit  
aber beklagtem Adeliichen Debitori zu imponiren und auffzulegen / daß  
Er Brieff und Siegel in termino recognosciren / oder Eydlich diffi-  
niren / auch in verbleibung gültlicher Bezahlung / der schleimigen  
Hülffe gewertig seyn solle. Solches gereicht zur Beförderung  
E der



der heilsamen lieben Justiz / zu Erhaltung Treu und glauben / und  
es umb meine Hochgeehrten Herrn Möglichkeit nach zuerwie-  
dernt bin ich willig / verharrend.

Datum N. am 18. Novemb.

Anno 1657,

Ihro Edl. Wohl Ehrens. Hoch-  
und Wohlge. Hoch-und  
Wohlw. Güntzen  
unter dienst- gestiesen- und  
gehorsambster  
Diener  
N. N.

## MEMB. PRIORIS SECTIO ULTIMA

DE

Supplicationis Fine & Effectu.

**F**inis supplicationis est, ut aliquid impetretur, *Mind. d. proces lib.*  
*1. c. 2. n. 4.* Quod etiam Generaliter est verissimum; Sed quia nobis  
jama tantum est sermo de supplicatione, quæ ob judicii susceptionem  
instituitur, hinc fieri non potest, quin illius finis sit, ut processus de-  
cernatur, & adversarius citetur; nam cunctis actus judiciarius requirit ci-  
tationem, *Gail. l. 1. obs. 48. n. 2.* quoniã citatio pro substantiali parte proces-  
sus jure naturali inducta habetur, *Magn. Dn. D. Carpz. Proc. jur. tit. 7. art.*  
*2. n. 1.* & est principium ac basis judicii, *S. ult. Inst. de pan. tem. lit. Gail. d. loc.*  
*vid. Magnificus Dn. Bugepaur / Jctus & Antecessor famigeratissimus,*  
*Consil. Saxon. eminentissimus, Facult. Jurid. Ordinarius, nec non Dicasterii*  
*Provinc. & Scabin. Adessor gravissimus. Exerc. 16. quest. 3.* Huic ad-  
datur *Magnificus Dn. Richter / Jctus & Prof. Publ. celebratissimus,*  
*Com. Pal. Cas. Consil. Sax. meritiissimus, Facult. Jur: Senior, Cur. Prov.*  
*& Scab. Adessor eminentissimus, in Auth. Habita, C. Ne filius pro patre,*  
*Disp. 6. pag. 151. Adjungatur Nobilis. Consultis. & Excell. Dn. D. Struvel*  
*Jctus & P. P. celeberr. Consil. Saxon. Dicasterii Provinc. Facult. Jur. &*  
*Scab. Adessor dignissimus, Exerc. 5. thes. 10. Singuli Dn. Patroni,*  
*Promotores atque Preceptores mei summò observantia. Zelò æviternum*  
*prosequenti. Aliàs non incommodè hic quæritur; An nuda hujus-*  
*modi*



959.

modi supplicatio præventionem inducat? Quod Negandum: postquam enim libellus vel supplicatio Summo Principi seu Imperatori oblata propter singularem quandam prærogativam inducit præventionem *l. 1. C. quand. libell.* sanè alii, qui non est Imp. oblata supplicatio hoc efficere non poterit; siquidem dispositio specialis ac privilegiata ad personas alias, quàm de quibus expressis ac disertis verbis loquitur, trahenda non est, *l. jus singul. 16. ff. de ll. Magnif. Dn. Carpz. in Proc. jur. tit. 9. art. 3. n. 21.* Deinde constat, quod citatio insinuata tanquam fundamentum iudicii præventionem inducat, *clem. fin. X. ut lit. pend. nihil innov. Modest. Pist. Cons. 21. n. 6. vol. 2. Myns. cent. 4. observ. 26. Gail. lib. 1. obs. 74.*

## MEMBRI POSTERIORIS SECTIO I.

DE

### Definitione Supplicationis.

**I**N definiendâ supplicatione, prout est remedium suspensivum, diversi Autores diversas quoque sœvent definitiones: Sic enim lam definit *Dn. Justus Mejererus I Cius famigeratissimus in Colleg. Argent. Disp. de Appell. & relat. th. 17.* Supplicatio, inquit, est querela ejus, qui ab eò, à quò aliàs vel propter ejus excellentiam *l. 3. & Auth. seq. C. de prec. Imp. offer. l. un. C. de sent. prat.* vel propter statutum provinciz, aut rescriptum Principis, vel in totum, vel intra certam duataxat summam, appellare non licet, se gravatum queritur, & sententiam vel ab eodem, qui eam dixit, vel ejus superiore retractari petit; Aliam supplicationis descriptionem seu definitionem ponit *Abbas in c. ex literis. Extr. de integ. rest. dicens*; quod supplicatio sit quædam precum porrectio, facta Principi, per quam ex quâdam benignitate superior restituit supplicanti adversus sententiam, contra quam non competit remediũ ordinariũ sc. appellationis, *vid. Marant. part. 6. act. 2. n. 13.* Sed hanc definitionem *Rebuff. in tract. de suppl. quest. 2. n. 9. & seqq.* ex parte rejicit, quia non conveniat materiæ, sed potius restitutioni in integrum, quæ ab hâc multum differt; Reliquis tamen omnibus post-

C 2

habiti



habitis Boceri esse præferendam existimamus; ista verò sic se habet  
Supplicatio est querela litigatoris, qui sententia iudicis, à  
quò propter excellentiam jure speciali appellare non licet,  
victus est, eidem iudici, aut etiam superiori, puta Prin-  
cipi intra biennium exhibita, quâ se gravatum illa sen-  
tentiâ affirmat, ac proinde illam retractari petit, *arg. l. 5. &*  
*auth. seq. C. de prec. Imp. offer. Bocer. Clasf. 6. Disp. 35. th. 64.* In hac  
definitione querela tanquam vocabulum admodum generale gene-  
ris loco ponitur. Differentia in reliquis verbis consistit; per verba enim  
eidem iudici & intra biennium exhibita separatur à *Revisione*,  
quæ non nisi mox eòdem annò Electori sive Archiepiscopo Mogun-  
tino tanquam Romani Imperii Archicancellario tertio ad minimum  
mense ante primam Maji in scriptis insinuari potest, qui dein eâ de re  
Imperatorem, Statusque Imperii, quos visitationis ordo tangit, certi-  
ores reddit, petitque, ut Cæsarea Majestas & cæteri quoque Status suos  
Consiliarios ad acta revidenda mittant, *Reichs Abschied zu Speyer*  
*de anno 1557. §. Wiewohl ferner: Cammer Gerichts Ordnung part.*  
*3. tit. 53. §. darauf / ibi: neben ihrer Liebde Keyf. Majestet Commissa-*  
*rien, ihr kräftige / erfahrene / geschickte und gelehrte Râthe zu-*  
*schicken / &c. Bend. de Revis. Concl. 2. n. 17.* Si verò spatium trium  
mensium non superfit, tunc revisio anno sequenti modò prædicto ex-  
pedi tur, *Harprecht Decad. 21. Concl. 6. n. 5.* Deinde segregatur  
etiam ab *Appellatione*, hæc enim intrâ decennium est inter-  
ponenda *auth. Hodie. C. de appell. Dn. Berlich. part. 1. Cond. 50. n. 93. &*  
*concl. 60. n. 2.* Supplicatio verò intra biennium quoque Principi potest  
offerri, *auth. qua supplicatio. C. de prec. Imp. offer. Marant. p. 6. act. 2.*  
*n. 15.* sic appellatio non fit ad eundem, sed semper ab inferiore ad  
superiorem in proximò ordine *l. 1 §. 3. ff. de appell. l. 16. C. eod. c. 66. Extr.*  
*eod. meramque iniquitatis continet querelam l. 1. ff. de appel. Rebuff.*  
*q. 11. n. 87. Marant. p. 6. n. 22.* suspenditque executionem *l. 3. C. eod.*  
plures differentias *vid. apud. Rebuff. in tr. de suppl. q. 11. n. 84. & seqq. p.*  
*68. Dn. Berlich. p. 1. Concl. 60. n. 7. & seqq. Marant. p. 6. act. 2. n. 15. &*  
*seqq.* Porro verbis à quò propter excellentiam appellari  
non potest, etiam à *Querela* distinguitur; Nam hæc ab inferiori-  
bus quoque iudicibus, tali privilegio de non provocando non gau-  
dentibus, fieri potest, quando videlicet ex falsis instrumentis sententia  
ata



900.  
lata in rem judicatam transiverit l. 79. ff. de judic: t. t. C. si ex fals. instr.  
l. 17. ff. de minor. Denique à Restitutione in integrum quoque differt; hæc  
enim interdum à pratore, interdum à præside l. 8. & t. t. ff. de minor. &  
t. t. ff. de in integr. rest. à quibus tamen omnibus appellare licet, infra  
quadriennium impetrari potest, l. fin. C. de temp. in integr. restit. Suppli-  
catio verò, ut supra demonstravimus, intra biennium tantum interponi-  
tur, *auth. qua suppl. C. de prec. Imp. offer l. 1. C. de sent. præf. præf. Jason.*  
*in l. 5. C. de prer. Imp. off. & solummodo locum habet; ubi appellatio*  
*vel aliud remedium ordinarium non super est, Auth. qua supplicatio, C.*  
*de prec. Imp. offer. c. ex literis Extr. de in integr. restit. Dn. D. Berlich.*  
*part. 1. Concl. 60. n. 3. Rosbach. in præc. c. 76. n. 10. Marant. part. 6. act.*  
*2. n. 13.*

## MEMBRI POSTERIORIS SECTIO II.

DE

### Subjecto Supplicationis.

**S**ubjectum supplicationis est duplex: videlicet persona suppli-  
cans; & persona ad quam supplicatur scilicet Judex:  
Quod ad primum spectat, sciendum est, quod omnes, qui per erro-  
rem condemnati sunt, ad hoc supplicationis remedium confugere  
possint, si appellatio vel aliud remedium ordinarium non superest  
*Berlich. p. 1. Concl. 60. n. 2. Marant. part. 6. act. 2. de appell. n. 13. Eme-*  
*ricus à Rosbach. in præc. civ. tit. 76. n. 10. Rebuff. tr. de suppl. quest. 6.*  
*n. 25. Scacc. de appell. quest. 19. rem: 3. n. 1. puta, si propter excellenti-*  
*am judicis, vel privilegium, vel aliam prohibitionem, ab aliquo appel-*  
*lare non est concessum, l. 1. ff. à quib. appell. non. lic. l. un. C. de sent.*  
*præf. præf. Jason. in l. 5. C. de prec. Imper. offer. n. 4. vers. in excelsa*  
*dignitate, & in Auth. seq. Quæ supplicatio C. eod. n. 6. vers. istam intel-*  
*lige, Nov. 119. cap. 5. l. un. ne liceat in una causa. Harpr. Decad. 21. Pro-*  
*cess. jud. concl. 1. n. 7. vel si statutò, aut privilegiò causæ ad certam*  
*summam sint restrictæ intra quam appellare non liceat, Bocer. cl. 6.*  
*D. 35. th. 46. Dn. D. Berlich. part. 1. Concl. 60. n. 5. & seqq. Mynsing.*  
*cent. 6. obs. 15. Rosb. d. tit. 76. n. 6. Et hæc summa prioribus temporibus*  
*constitit in 50. flor. Rhenan. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. ibi. Daß die*  
*Appella*



Appellations sachen; quæ summa postea anno 1570. in Comitibus Spiræ  
habitis ad 150. flor. extendebatur, *Recess. de dicto anno* §. als wir dann  
auch. 67. & de anno 1600. ad 300. flor. aucta fuit, *Deput. 1600.* §. Wie-  
wohl nun *Besold. de appell. c. 7. n. 5.* & infra hanc summam utpote  
ordinationi Cameræ non conformem, appellatio non recipitur, per  
*Recess. deput. ann. 1600. Rüg. Rul. p. 4. lib. 8. c. 14. n. 4. Bend. de revis.*  
*concl. 27. n. 4. & 29.* nulla aliâ ratione, quam ut temeritati partium  
occurratur, & lites abbrevientur §. als wir den auch! b. wie bey die-  
sen unfriedsammen Zeiten des muthwilligen unnöthigen apell rens  
wegen &c. *Com. spiren: anno 1570. p. 2. fol. 288.* Tandem verò ex novis-  
simo *Recess. Imper. de anno 1654.* in 400. thaleros Imper. hæc summa  
transiit, §. viertens soll die Summa appellabilis. videatur *Job. Theod.*  
*Spreng. in tr. de jure Cam. reformato p. 490. Mynsing. cent. 6. obs. 15. n. 1.*  
Quamvis igitur intra prædictam summam appellare non liceat, ne ta-  
men hi, qui putant se esse gravatos, omni juris auxiliò excludantur,  
neve illis legum adminicula denegentur, *l. un. C. de sent. præf. præf.* id-  
circo ad saluberrimum illud supplicationis remedium, tanquam ad sa-  
cram anchoram illi confugere possunt, *Bend. in proem. de revis. n. 20.*  
*in fin.* cum supplicatio data sit in relevamen oppressorum, sicut appel-  
latio, *arg. l. 1. ff. de appell.* sitque in Repub. aliquod refugium, quò læsis  
juvari, atq; innocentia suæ causas exponere possint *Job. Ferar. Mont. de*  
*usu supplic.* non enim beneficeret Princeps, qui omnib. justitiam debet,  
*arg. Clem. Pastoralis. Extr. de sent. & re jud. c. regnū 23. q. 5.* si tali gravato  
eam denegaret, *juxta Rebuff. de suppl. q. 5. n. 26.* modo omnia faciat, quæ  
huic actui sunt necessaria *Rebuff. d. l.* Non tamen putandum est indi-  
stinctè, quod in omnibus omninò casibus, in quibus removetur appel-  
latio, locum habeat supplicatio: quia imò in multis casibus in quibus  
de jure communi appellare non licet, minime etiam supplicari potest;  
nam extra differentias jure scriptas supplicatio cum appellatione pari  
passu ambulat, *Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. ne lic. in una caus. ter. prov. In-*  
*noc. & communiter Canonista in cap. ex literis, de in integr. rest.*  
*Rosbach. in prax. civ. tit. 76. num. 11. Marant. part. 6. ait. 2. num.*  
*13. Zang part. 2. cap. 1. num. 149. Berluch. p. 1. Concl. 60. num. 18.*  
ut ecce, verus contumax appellare non potest *l. 25. §. fin. ff. de ap-*  
*pell. l. 1. C. quorum appell. tr. 73. §. fin. ff. de jud. l. 11. §. 3. & C. de jud.*  
quoniam



967.

quoniam talis contumax jus dicentis auctoritatem spernere, ac flocci  
facere videtur, *Menoch. A. 7. Z. lib. 1. q. 70. n. 39.* & sic non tam  
propter causam principalem, quam propter inobedientiam & super-  
biam punitur. *Petr. Greg. lib. 5. de appell. c. 4. n. 9. Hillig. in Don. Enucl.*  
*lib. 26. c. 6. lit. 7. in not. Bachov. ad Trentler. vol. 2. Disp. fin. th. 3. lit. D.*  
Veræ autem non fictæ seu præsumptæ contumaciæ reum hic illum in-  
telligimus, qui i. vel inventus & vocatus fuit personaliter respondit,  
se nolle venire ad iudicium, *Part. in l. fin. ff. de in integr. restit. Gail. lib. 1. obs.*  
*132. n. 7. Petr. Greg. de appell. lib. 5. c. 4. n. 1. vel 2. qui tribus edictis,*  
vel unô peremptoriô citatus non venit, *l. 68. cum seqq. ff. de iudic. l. 9.*  
*C. quomodo & quand. vel 3. qui quidem venit, sed non obedit, aut illi-*  
centiatus recedit, *arg. c. 12. & c. 14. dist. 18. aut post columnam, aut*  
ostium latirat, ne iudex eum cognoscat, *l. 7. §. 13. ff. quibus ex causis*  
*in poss. eat. & aliis modis quamplurimis, qui videri possunt apud Petr.*  
*Greg. lib. 5. de appell. c. 4. n. 1. Bend. de revis. concl. 31. n. 17. Trentacing.*  
*lib. 2. Pract. resolut. tit. de appell. resol. 1. n. 4. in fin.* Et sicut ejusmodi  
verus contumax non potest appellare, ita nec potest supplicare, se-  
cundum *Joh. de Immol. in d. l. 23. §. fin. ff. de appell. & l. 1. C. quor. ap-*  
*pell. non recip. & Philip. Dec. in cons. 34. colum. 1. in princ. & super hoc*  
*tradit unam magistralem regulam Jason in Auth. Qua supplicatio, col. 2.*  
*in fin. C. de prec. imp. offer. quod ubi quis non possit appellare de jure*  
communis, ibidem etiam non possit supplicare, *Marant. part. 6. act.*  
*2. n. 14.* Nam cum ex natura causæ prohibita est appellatio, tunc  
etiam supplicatio prohibita censetur, nisi favore matrimonij, aut bene-  
ficio ætatis hæc permittatur, *Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 149. CC. in*  
*cap. ex literis. X. de inint. rest. Ita Jason in d. Auth. Qua supplicatio C. de*  
*prec. imp. offer. Rosbach. in proces. civil. tit. 76. n. II. C. ubi tribus etiam*  
modis limitat, puta, beneficio ætatis, aut favore matrimonij, vel causa  
dispensationis.) Prohibitâ tamen appellatione, via supplicationis cõ-  
casu, quô aliàs de jure communi appellandi facultas esset, præclusa non  
censetur, *Arnold. de Reyger. Disput. 12. th. 11. lit. C. nisi vel expressè*  
vel tacitè isti supplicationi fuerit renunciatum: & quidem expressè;  
per verba scilicet expressa & specifica ipsam renunciationem declarantia  
*arg. l. 1. §. 3. ff. à quibus. appell. nemo enim invitus beneficiô suô uti co-*  
*gitur, l. 46. in fin. ff. de pact. l. 29. C. eod. l. 41. ff. de minor. l. 69. Et l.*  
156. ff.



156. ff. de R. J. & hanc renunciationem esse validam Dd. concludunt; Menoch. de A. J. Q. lib. 1. quæst. 70. n. 35. & seqq. Bond. de revis. concl. 29. n. 4. Petr. Greg. de appell. lib. 5. c. 3. Wesenb. in Parat. ff. à quibus appell. n. 4. Tacite verò desertione videlicet per biennium, *auth. qua supplicatio C. de prec. Imper. offer. Nov. 119. c. 5. Bachov. ad Trentl. vol. 2. Disp. fin. thes. 3. lit. B.* & tunc ejusmodi imprudens supplicans non modò non auditur, sed ignominia etiam poenâ notatur *l. fin. C. ut lit. pend.* jura namque scripta sunt vigilantibus *l. 24. in fin. ff. qua in fraud. cred.* & errantibus non verò stultis succurri solet *l. 9. §. 5. vers. quod sit ff. de jur. & fact. ign.* ne hi melioris conditionis sient, quam periti, *l. 4. in. fin. ff. quod vi aut clam* & iste, qui cum intra biennium supplicare potuerit, non verò supplicavit, hoc suæ negligentia non legum severitati imputare debet, cum iniquum non sit ex suo vitiò incommodò affici, *l. 15. ff. si quis omissa causa. l. 203. ff. de R. Jur.* nam ille, qui poenam luit suâ culpâ meritam, nullum damnum sentire præsumitur, *l. 203. ff. de R. Jur. l. 46. §. 5. ff. de procur. l. 9. in fin. de noxal. act. vide Rebuff. ( multis consentientibus stipatum Dd. ) de suppl. q. 9. n. 64* & hoc non tantùm in ipsius supplicationis, verùm etiam in appellationis renunciatione procedit; *Marant. part. 6. act. 2. tit. de appell. num. 343.* nam legis auxilio indignus est, qui sprevit illud, quò ei succursum esse potuerit, *arg. l. 37. pr. ff. de minor.* & recusans ordinario uti appellationis remedio, repelli etiam debet ab extraordinariò supplicationis, *arg. l. fin. C. ut lit. pend. Menoch. A. J. Q. lib. 1. quæst. 70. n. 40.* Et qui in terris Saxonice Leutationem vel Oberleutationem omisit, perpetuo silere debet, *Berlich. p. 1. Concl. 60. n. 28.* Quamvis ergò verus contumax à beneficio appellationis excludatur; si tamen venerit iudice adhuc pro tribunali sedente, restituitur, *l. 7 ff. de in integr. rest. Bachov. ad Trentl. vol. 2. Disp. thes. 3. lit. E.* Perpetuum enim hoc silentium in contumace verò tantùm, non in fictò procedit, *l. 4. C. de liber; caus. l. 13. §. omnium. C. de jud. l. 3. C. quomod. & quand. iudex:* Nam si citatus justam aliquam absentia causam allegare poterit, quod nimirum per eum minimè steterit, quò minus se sistere potuisset, tunc supplicationi fuerit locus, *l. 3. Q. quom. & quand.* talis enim non verus sed fictus saltem contumax dicitur, & suam contumaciam seu potius emanationem excusare, & propter justum impedimentum, aut ignorantiam



antiam, superbam inobedientiam elidere potest; cessante autem causa, cessat quoque effectus, c. cessante 60. Ext. de appell. Petr. Greg. lib. 5. de appell. cap. n. 2. & 9. A beneficio supplicandi præterea etiam excluduntur trino iudicio condemnati, propter trium sententiarum conformitatem, Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 149. Scaccia de appell. quest. 19. remed. 3. n. 7. Tusch. tom. 7. verb. supplicatio concl. 904. n. 33. & 36. Berlich. part. concl. 60. n. 28 l. un. C. ne lic. in un. ead. caus. tert. prov. ubi deserte traditur, quod excellentissimorum Præf. Præf. sententias retractare litigatoribus nulla licentia danda; hæc autem retractatio, nullò aliò perficitur mediò, quàm per supplicationem, Auth. que supplicatio C. de prec. Imp. offer. l. un. C. sent. præf. præf. Nov. 32. c. 12. In his enim casibus ipsa ratio, in d. l. un. C. de sent. præf. præf. ab Imp. Diocl. & Maxim. assignata cessat; cessante igitur legis ratione, ipsa quoque lex cessat arg. l. 6. §. 2 ff. de jur. patron. Everhard. in Top. à loc. cessante rat. n. 2 l. 77. §. 20. ff. de legat. 2. l. 52. §. 1. C. de Epis. & Cler. nam quomodo iste, qui tres conformes reportavit sententias, iustitiam sibi esse denegantam conqueri potest? nisi adversarius suus, qui tres conformes sententias obtinuit, in dolò fuerit, puta si iudicem precìò corruptit, l. 7. C. quand. prov. non est necess. tunc tale iudicatum, per Syndicatum rescinditur: vel si falsis allegationibus l. 1. C. si tut. fals. alleg. iudicis religionem circumvenit, vel per falsos testes promissionib. corruptos, illum decepit, l. 33. ff. de re jud. l. 17. C. de test. & huiusmodi trinò iudiciò dolò adversarii condemnato ad supplicationis beneficium confugiendi potestas est concessa; ne adversarius suus, qui illum dolosè defraudare voluit, calliditatis suæ fructum accipiat, l. 5. ff. si quis caut. l. 25. C. de legat. summa namque foret iniquitas, dolum non modò esse impunitum l. 4. §. 2. de noxal. act. verùm etiam cum alterius detrimentò questuosum l. 12. ff. de dol. mal. Wesenb. in parat. ff. de dol. mal. n. 1. neve huic sua malitia sit lucrosa l. 134. & 155. ff. de R. Jur. isti verò damnosa l. 11. & Passim. ff. de dol. mal. except. Card. Tusch. Pract. Concl. tom. 7. lit. S. Concl. 904. n. 36. & hæc de primò subjectò supplicante videlicet dicta sufficiant; Sequitur ergò ut & de alterò, quod est iudex ad quem supplicatio fit, pauca addamus; Ad omnes igitur iudices, à quibus de jure appellare non est liberum, supplicare possumus, idque fit vel propter dignitatis sublimitatem, quod nullum agnoscant superiorem, ad quem ab illis appellari possit, nisi DEUM & ENTem; qualis est noster

D Impe-





Imperator Augustissius, Rex Galliarum, Besold. (ubi refert Anno  
1417. die 17. Febr. læsæ majestatis reos declaratos fuisse, qui contra  
ordinationes reformationesque Regias reclamaverant) de appell. c. 6.  
n. 17. Hispaniarum Cluten. in Syllog. rer. cottid. th. 10. lit. C. qui tamen  
in rebus lacris & Ecclesiasticis Pontificem Romanum recognoscit su-  
periores, ejusque filius est devotissimus, sive ut Bodinus loquitur 1. de  
Repub. 5. servus obsequentissimus: Angliarum, Cluten. d. th. 10. lit. D  
Daniae, Arnold. d. de Reger. Disp. 10. th. 9. lit. M. Bohemiarum, A. B.  
Caroli IV. Tit. von Freyheit des Königes zu Böhheim 8. ubi Bux-  
corff. Concl. 88. Stultum igitur est admonere, ab his appellare fas non  
esse, cum per sacrum principale judicium disposita aut decisa aliorum  
examine non egeant, nec ab ullo retractari valeant l. 1. §. 1. ff. à quibus  
appell. non lic. Licet secundum Canon. aliud dicendum videatur, c. no-  
vit. de jud. sed nos in hoc Pontificale jugum non agnoscimus vid. Ar-  
nold. de Regg. Disp. 10. th. 8. lit. F. in fin. Tametsi igitur prædicti Superio-  
ris nescii, omnia jura in scrinio pectoris habere dicantur, unde haud se-  
cus atque ex fonte quodam scaturiant, promanentque, l. 19. C. de te-  
stam. quia tamen se quoque homines esse videant, & in nullò penitus  
errare divinitatis potius, quam mortalitatis esse non ignorant, l. 2.  
vers. si quid C. de vet. jur. enucl. quapropter ne inde injuriarum oriantur,  
ubi jura nasci debebant, l. 6. C. unde si. dignum esse imperio magis ex-  
istimant, sese legibus submittere, l. 4. C. de LL. l. 3. C. de testam. & ab  
eorum sententiis ad eosdem supplicationes permittere, arg. auth. que  
supplicat. C. de præc. Imp. off. Nov. 119. c. 5. tantum igitur abest, ut etiam  
pauperulam anum justitiam humiliter invocantem cum Alexandro  
exaudire contemnent, ut potius, si quid melius eorum, quæ prius dixe-  
rant, adinveniant, prioribus competentem imponere correctio-  
nem minimè erubescant Nov. 22. in fin. pr. c. 17. Extr. de accusat. Joh.  
Ferar. Mont. de supplicandi usu. lib. 4. cap. 2. §. haud. dissimil. Per spe-  
ciale etiam Privilegium de non appellando litigatores superioris au-  
xilium supplicando implorare non prohibentur, præsertim in causa de-  
negatæ justitiæ, Besold. de appell. c. 2. n. 105. Hartm. Hartmann. tit. de  
appell. observ. fin. quia Appellatio & Supplicatio diversa sunt remedia:  
Ista enim judicem priorem iniquitatis vel imperitiæ arguit, l. 1. ff. de  
appell.



*appell.*: hæc verò proprii erroris veniam, vel adversarii circumventi-  
 onem implicat, l. 19. ff. de minor. Hinc à præf. præf. sententiis supplicare  
 licebat, l. un. C. de sent. præf. præf. l. 5. cum Auth. seq. C. de præf. Imp. off. Sed  
 appellare ab iisdem non permittebatur, l. 1. ff. offic. præf. præf. *Ma-*  
*gnif. D. Carpz. p. 1. Const. 20. Def. 25. Bacch. ad Treutl. vol. 2. Disp. 33. de app.*  
*lib. 4. lit. E. Wesenb. in parat. ff. à quibus appell. non lic. n. 3 & hisce*  
 (præfecti Prætorio nimirum) prærogativis hodiè Serenissimi Electo-  
 res Saxonie utuntur *Wesenb. d. l.* Imò olim ex speciali Imp. privilegio  
 à sententiis Septemvirum seu Principum Electorum, tam Secularium,  
 quàm Ecclesiasticorum provocare minimè fuit permissum, *vigore Aur.*  
*Bull. Carol. IV. tit. Von der Chur Fürsten Freyheit / nisi ob dene-*  
*gatam justitiam, Knichen de Sax. non provoc. jur. Heig. 1. quest. 10. n. 31.*  
 Quod tamen Privilegium Electores Ecclesiastici, nec non Palatinus  
 Rheni non utendò & ex contraria consuetudine amiserunt, ita ut ab illis  
 ad Cameram, vel Aulam Cæsaream provocari queat, *Dd. com. ad A B Ele-*  
*ctores verò, Saxonicus & Brandenburgicus hoc privilegium sartum te-*  
*ctum conservarunt; Dn. Berlich part. 1. Pract. Concl. 50. n. 24.* Serenif-  
 simus quoq; Elector Saxonie jure hoc non provocandi splendet non  
 solum ex privilegio omnibus Electoribus assignato, *in A. B. tit. 11. sed*  
 ex speciali etiam indultu ac Confirmatione Sigismundi Imp. facta Kes-  
 marci Anno 1423. Quod enim jam antea Domui Saxonie in gente  
 Anhaltinà per A. B. datum erat, id Sigismundus Imp. in Misnensem,  
 Anno 1423. transtulit, & saltem per occasionem novæ investituræ re-  
 novavit ac confirmavit, Fridericum è stirpe Misnica, Presburgi in  
 Hungaria de Electoratu Saxonie cum omnibus privilegiis ac juribus  
 investiendo, *mit allen ihren Rechten / Gnaden Freyheiten / privile-*  
*gien, handvesten / die zu dem Herzogthumb zu Sachsen von alter*  
*her gehöret / Petr. Albin. in Chron. Misn. tit. 26.* Idque privilegium ad  
 reliquos quoque Principes atque Duces Saxonie extensum voluit D.  
 Augustus Elector, anno 1558. & ab Imp. Ferdinando I in Comitibus  
 Augustanis singulari renovatone sub dato 2. Maj. Anno 1559. obtinuit,  
 quem admodum verba ipsius Privilegii clarè evincunt, *quod verbotenus*  
*extat apud Jacob Ayrer. in suo process. hist. part. 2. c. 4. obs. 2. sub. tit.*  
*Privilegium der Chur-und Fürsten des Hauses Sachsen. vid. Linn.*  
*lib. 3. jur. pnr. c. 10. n. 41. Dn. Benedict. Carpz. in discours. de jur. ac privil.*  
D 2
Elect.





*Elect. & Ducum Saxonie de non appellando.* Eodem quoque privilegio gaudent Archiduces Austria, Duces Lotharingae, Burgundiae, *Myns. cent. 5. obs. Trentl. vol. 2. Diss. f. 4. l. E. ut & Duces VVürtembergenses. Dn. D. Schulz in Synops. Feud. c. 7. n. 105.* Ad hos tamen omnes supplicari potest, *arg. l. 5. C. de prec. Imp. off. ut la si aliquod habeant refugium, ad quod tanquam ad sacram anchoram confugere possint, Bend. in Praem. de Revis. n. 10. in fin.* Nam per privilegium de non appellando, litigatores superioris auxilium supplicando saltem implorare non prohibentur, *Magnif. D. Carpz. part. 1. Def. 25. item in Process. suo jur. tit. 18. de. Appell. art. 1. num. 17.* nisi aliud simile remedium in illorum Provinciis & Dicasteriis sit introductum, sicuti in Camera Remedium Revisionis, *Ord. Cam. part. 3. tit. 51. §. Wir ordnen/ibi Hernach gefeseter Ordnung von der Revision und Syndica: fürzunehmen zulassen und vorbehalten &c. Bend. d. Revis.* Sic Supremum Aulae Dresdensis Appellationis iudicium nullam agnoscit supplicationem, absolutam praedicto Ferdinandi I. privilegio firmitatem tribuens, in illò namque hæc leguntur verba, nicht appelliret/ suppliciret, noch reduciret werden soll noch mag in keinerley Weise. Et rursus in eodem privilegio: Sondern ihrer Liebden und deren nachkommen Erkenntniß/ Urtheil/ decret und abschiede sollen gangkräftig und mächtig seyn/ stets bleiben und vollstreckt werden. Quae sane verba omnia prorsus excludunt remedia: quomodo enim Electorum & Ducum Saxoniae decreta & iudicata vigore concessi privilegii in perpetuum firma & rata manerent, si ea supplicando liceret impugnare? *Magn. D. Carpz. in Proc. jur. tit. 18. art. 1. n. 18. & seqq.* Hinc Dan. Moller. *Semest. lib. 2. c. 38. n. 2.* se seire, inquit, quoties huiusmodi supplicationes in Aula Illustrissimorum Saxoniae Electorum essent porrectae, toties etiam esse rejectas; *Berlich, Concl. 60. n. 27.* Ad correctionem vel declarationem tamen sententiae, etiam à supremò Consilio Electorali aulicolatae, superest remedium Oberleuterationis, seu Superleuterationis vulgò Die Oberleüterung: quod in inferioribus iudiciis non admittitur, sed in supremò iudicio Electorali Saxonico quasi in locum supplicationis accessisse videtur, *Novel. Aug. Elect. p. 1. Const. 19. Trentl. vol. 2. Diss. fin. tb. 4. lit. F. Dan. Moll. d. l. Coler. de process. ex-*

ent.



964  
cut. p. 1. c. 3. n. 42 Ma. Dn. D. Carpz. in proc. jur. tit. 17. art. 5. n. 12.  
Dn. D. Berlich. part. 1. Concl. 49. n. 59 & 67.

## MEMBRI POSTERIORIS

### SECTIO III.

DE

#### Forma & Requisitis Supplicationis

**F**orma Supplicationis in legitimò tempore & modò consistit:  
Tempus autem est vel decendium vel biennium, quod à tem-  
pore latae sententiae annumerandum. *auth. qua supplicatio, C. de prec.  
Imp. offer. Nov. 119. c. 5.* Si enim supplicatio iudici insinuat, illa in-  
sinuatio omninò intra decem dies fieri debet, & tunc lata sententia non  
aliter executioni mandatur, nisi victrix pars dignam fide iussionem  
praestiterit, tantum restituendi, quantum fuerit in condemnatione, si  
ipsum postea contingat succumbere, *d. Auth. qua suppl. C. de Prec. im-  
per. offer. Novell. 119. c. 5. Rosbach. Prax. civ: tit. 76. n. 16. Dn. D.  
Berlich. p. 1. Concl. 60. n. 15.* Si verò supplicatio Imperatori offeratur,  
tunc integrum biennium est concessum, & indistinctè sine praestatione  
satisfactionis executio procedit, *Abb. in c. ex literis. Extr. de in integr.  
restit. & gloss. ibi in verb. supplic. text. in d. Auth. qua supplicatio. Spe-  
cul. in §. supplicari n. 2. Marant. tit. de Appell. n. 15. part. 6. n. 15. Myn-  
sug. Cent. 6. obs. 15. Rebuff. q. 11. n. 89.* Quàmvis hoc tempus queru-  
landi in Camera Imperiali brevioribus terminis sit coarctatum. *Cam-  
mer Gerichts Ordnung part. 3. tit. 53. fol. 494.* Ratio, ne Assessores  
perpetuò Revisionis periculo subjaceant, neve executiones sententia-  
rum maximò victoris malò, pessimòque exemplò, in longum pro tra-  
hantur, & lites immortales fiant. *Gail. lib. 1. obs. 155. n. 2.* Nam Rei-  
publicae maximè interest, ne lites immortales fiant, & vitæ hominum  
modum excedant, *l. 10. C. de transact. l. 11. C. de judic. ac judicis officio  
incumbit, litium ambages praecidere, Dn. Carpz. in proc. jur. tit. 17. art.  
5. n. 19.* **MODUS** supplicandi est, ut fiat vel vivâ voce; vel in scriptis;  
Uti enim Appellatio, ita etiam fit Supplicatio: Nam si incontinenti iudice  
adhuc pro tribunali sedente supplicatio interponitur, tunc vivâ voce  
& sine libello fieri potest, *Joh. Ferar: de suppl. usu c. 2. §. fin.* si verò ex  
intervallo, non nisi in scriptis, seu libello supplicatorio complectenda

D 3

est



est, *Rosb. d. tit. 76. n. 14. Harprecht. Decad. 21. Concl. 2. n. 6.* Quanquam autem forma concipiendi maximè juxta stylum & consuetudinem cujusque curiæ sit dirigenda *Spec. in form. libelli §. nunc dicendum num. 3. & §. fin. in pr. per l. 3. pr. ff. de testibus. Wesenb. in parat. ff. de edend. n. 7.* ubi tamen nulla specialis extat consuetudo, communiter & indistinctè in scriptis fieri assolet, sive in continenti, sive ex intervallo supplicamus, tam à sententia interlocutoria, quam à definitiva nec sufficit dicere: supplico, ut Marianus ICtus, Appello, in l. 2. ff. de appellat. eò quod supplicationis causa debeat exprimi, ne temerè ad precum subsidium, meram gratiam, benignitatemque Principis recurrere videamur *Johan. Ferrar. Mont. de suppl. usu, c. 2. in fin. quæ minimè vivâ voce, sed in scriptis potest assignari, arg. c. cordi 1. pr. extr. de appell. in 6.* Et quoniam jura verborum prolixitatem respuunt, l. f. §. 1. C. de App, idcirco animadvertendum est, ut supplicans quàm brevissimè omnia sua gravamina & errores ex processu eliciat, descriptosque in membrana perspicuè enumeret *Rebuff. quest. 4. n. 17.* & ut illi retractentur atque corrigantur in supplicatione petat, *Auth. qua suppl. C. de prec. Imp. off. Rebuff. quest. 3. n. 14.* Allegati autem isti errores sunt tanquam causa & fundamentum libelli supplicatorii, & desumendi sunt non ex sententiæ iniquitate, quia incivile esset, allegare iniquitatem ejusdem judicis, præsertim cum in tam sublimes personas propter excellentiâ, & justitiæ præsumtionem, iniquitas cadere non censeatur, *Emeric. à Rosbach. prax. civ. tit. 76. n. 17.* eò, quod Princeps in jure errare non præsumatur, quippe qui omnia jura in pectoris scriniò habere existimatur l. 19, C. de testam. & ab eò omnia jura tanquam ex fonte quodam scaturiunt, promanantque, d. l. 17. C. de testam. turpe enim admodum esset, quod aperiretur error juris istis, qui dicuntur habere jura in scriniò pectoris; Unde Philippus Rex Macedoniæ, cum cujusdam Machetæ causam dormitabundus audivisset, illumque injuriâ condemnasset, & ab eò ad illum recurrisse intelligeret, interrogavit Machetem ad quem? cui iste respondit ad te ipsum, ô Rex, si expergis caris; qui deinde postquam causam iterum audivisset, erroremque cognovisset, judicatum non rescidit, sed pecuniam, ad quam primò Machetes condemnatus fuerat, persolvit; ut ex *Plutarch. in vita Philippi recenset Rebuff. de suppl. q. 9. n. 57. & Sigism. Scaccia de appell. quest. 19. remed. 3. n. 3.* Sed desumantur potius isti errores ex proprii erroris, negligentia atque venia petitione, vel adversarii circumventionis allegatione, per l. 17. ff. de minor. *Marane*  
part



96

*part. 6. tit. de appell. n. 22. Arnold. de Reyger. Diss. 12. th. 11. lit. B. Emer. à Rosb. tit. 76. n. 19.* Et quia tam magni Magistratus non semper copiam sui privatis litigatoribus faciunt, nihil officit, si eorundem Consiliariis, vel causam introducentibus (quos Innocentius cum Justiniano Referendarios, Baldus Tabelliones cognominat) supplicationes offerantur, *auth. qua supplicatio. pr. C. de prec. Imp. offer. l. un. C. de sent. pref. prat.* Non quidem, ut ipsi, an sententia retractanda sit, nec ne, cognoscant, sed ut porrectam sibi schedam ad prædictos iudices referant *Baldus & Jason. in d. auth. qua supplicatio Joh. Ferrar. Mont. lib. 4. de supplicandi usu. c. 2. §. si autem p. 129. Harp. Decad. 21. Concl. 2.* Sed cum nostris temporibus Principes, tale privilegium habentes, rarissime causas audiant, & decident, eò, quo in provinciis suis constitutas habeant Curias Majores, quæ absque appellatione possunt judicare, & ipsius Principis imaginem repræsentant, quarum Senatores & Assesores Principis sunt Consilarii, & illius nomine sententias pronunciant, *Heig. p. 1. q. 10. n. 33.* propterea minime puto hujusmodi relatione opus esse, nisi stylus Curia aliud svadeat. Ne quis autem hujus beneficii usum necessarium, in abulum transvertat, *Joh. Ferrar. Mont. de supplicandi usu c. 1. §. ex quibus, & lites immortales fiant, l. 11. C. de jud.* Sapienter à Sapientissimo Imp. l. 5. C. de prec. Imp offer. constitutum est, supplicanti non nisi semel in unâ eademque causâ supplicandi habere licentiam, eò, cum si quis error intervenerit, mox primâ vice corrigi possit, *Rebuff. q. 8. n. 43.* & victo semel contra excellentis iudicis sententiam subvenire sufficiat. *Joh. Ferrar. Mont. d. c. 1. §. fin.* Sic in Electoratu Saxonico in Superleuterationis instantia, wird anders nicht als mit Versegung aus dem Mund in die Feder und mit Beschließung zum Urtheil/durch drey und drey Sâge wechsels weise procediret, *Const. Elect. p. 19. p. 1. §.* In der prosecution: & hætenus de forma. Elegantem supplicationis formulam tradit *Hemino Gaden. Consil. 62. incip.* Durchläuchtiger Hochgebohrner Fürst, &c. quàm ibidem vide.

## MEMBRI POSTERIORIS SECTIO IV. ET ULTIMA

DE

Fine & Effectu Supplicationis

**C**onsideratis aliquatenus potissimis supplicationis requisitis, super  
est, ut quàm brevissime de illius fine & effectu aliquid adjiciamus:  
Finis



Finis autem hujusmodi supplicationis, haecenus à nobis considerata, est, ne singulis legum adminicula denegentur, *l. un. C. de sent. pref. prat.* neve inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nasci debent, *l. 6. C. unde vi.* cum nemo principali autoritate decipi debeat, *l. 1. C. de his qui ven. atat. impetr.* sed ut quilibet gravatus habeat permissionem proponendi erroremque facti probandi, & eorum iudicium, à quibus propter excellentiam ac dignitatem jure speciali appellare non licet, injuriam declinet; & hæc ratio Imperatores quoque permovisse videtur, ut supplicandi licentiam darent, quæ aliàs nulla fuisset, ne lis ex lite oriatur, *l. 3. C. de fruct. & lit. expens. 12. C. de jud.* ut tales privilegiati etiam iudices, tantò majorem in ferendis sententiis adhibeant diligentiam *Gail. lib. 1. obs. 155. num.* ne istæ præcipitanter & indeliberatè ab illis latæ, retractentur: Effectus verò supplicationis est, quod si ista intradendum fuerit oblata, sententia non aliter executioni manderetur, quàm si victrix pars dignam fidejussionem seu satisfactionem præbuerit, tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resolvatur, *per auth. qua supplicatio C. de prec. Imp. offer. Hering. de fide juss. c. 5. n. 291.* Si verò supplicatio post decem dierum inducias, & quidem intra duorum annorum spacium interponatur, tunc processum non suspendit, sed executio sententiæ etiam sine prædictâ fidejussione seu satisfactione omnino procedit, *per auth. qua supplicatio C. de prec. Imper. offer. Novell. 119. c. 5. Marant. p. 6. de appell. act. 2. n. 15. Specul. in tit. de suppl. §. 1. v: solus tamen 2. Arnold. de Reyger. Disp. 12. th. 15. lit. A. Rosb. tit. 76. num. 19. Harprecht Concl. 2. num. & seqq. Schulz in Synop. 3. judic. th. 76. sub fin.* Plures supplicationis effectus vide apud *Rebuff. tract. de supplicationibus quest. 12. num. 96. & seqq.* At hæc haecenus de utilissimâ inque forò versatissimâ supplicationum materia, non quæ debui sed quæ potui, pro ingenii mei modulò curtaque suppellectile dicta sufficiant. Gratias igitur DEO Ter. Opt. Max. persolvo maximas & immortales, qui exercitio meo initium dedit, medium non deseruit, & finem ad scopum perduxit optatissimum.

CORO.





### COROLLARIA.

1. Datur homo sine capite.
2. Datur quoq; animal, quod sensu caret
3. Virgo licet nondum fuerit nupta, tamen dicitur vidua.
4. Naturaliter licet sese invicem circumvenire.
5. Misericordiam exercens, male agere potest.
6. Morientium dictis non semper adhibenda fides.
7. Ad legis substantiam scriptura non requiritur.
8. Imperitus literarum non potest esse iudex.
9. Iudex parvi Oppiduli ignorantia juris, vel imperitia rerum lapsus, arbitraria pena; dolo vero ad id adductus etiam criminaliter cum fama dispendio puniendus est.
10. Fructus naturales & industriales bona fide percepti & consumpti non sunt restituendi.
11. Sumptus studiorum uni filiorum post obitum Patris à Matre ex bonis indivisis suppeditati, regulariter non sunt conferendi, quod adeo verum esse puto, ut es alienum occasione studiorum contractum ex communi hereditate sit solvendum.
12. In Imperatoris Consiliarios, aequè ac in ipsum Imperatorem crimen laesae Majestatis committitur.
13. Nobiles habent Regalia.
14. Imperium nostrum Romano Germanicum non est Feudum Pontificis.
15. Sed Imperator gubernandi potestatem Pape jure adimere potest.
16. Quilibet Princeps est Imperator in suo territorio.
17. Male nonnulli Regi Bohemia votum eligendi Imperatorem detrahere conantur.
18. Colophonem nostris corollariis addat ardua & nodosa illa quaestio. Si Collegium Electorum in eligendo Imperatore non in dualitate sed in pluralitate votorum consistat, puta, si tres vota sua dent Regi Gallia: duo Regi Hispania, ceteri vero Electores neutri horum vota sua tribuant: An tria ista priora vota Regem Galliae constituent Imperatorem? Puto quod non.

E

Viro





*Viro Juveni*

Moribus, pietate atque eruditione conspicuo, *Dn. Casparo*  
*Langenbergi J. U. Cult. perindustrio, Commensali atque*  
*Amico suo è multis dilecto, de Supplicatio-*  
*nibus jam disputaturo*

**H**ÆC CASPARE bonis cunctis gratissime, gratum  
Te reddat Patriæ SAXONIÆq; DUCI.

ita vovet ex animo  
*Præses.*

*Ad*

Per Eximium & Præstantissimum

*Dn.*

*Casparum Langenbergium.*  
*disputationis hujus*  
*Autorem Doctissimum,*  
*in patriam abeun-*  
*tem.*

**T**estis abit Tecum. Surgat spes multa clienti!  
Fiet enim *Supplex*, Te præeunte, benè.

*pos.*

M. Gottfridus Zapffius Phil.  
Adjunctus.

Præstantissimo ac Politissimo

*DN. Respondenti*

Commensali & Amico suo  
dilecto

**D**um Mavors stricto furibundus acinace frendet,  
Undique dum belli turbine cuncta strepunt,  
Tutius est *docta* sectari castra *Minerva*,  
Quàm rigidi vires Martis & arma sequi.  
Hancce tuam mentem tua nunc satis ardua produnt  
Orsa, quibus summè dexter Apollo favet.  
Perge ita: sic sero Te nobiliore coronans  
Evehst ad templum *docta* *Minerva* suum

*in Veri amoris Symbolum accinebat*

Johann Schirmeister.  
Jur. Cultor.

Viderat



Viderat è coelis *Themidos* procumbere ad *Aras*  
*Te Langenbergi*, ac hasce litare *preces*  
Impiger hic ausus, *Themis* inquit farier, olim  
Proderit en aliis; proderit ipse *Tibi*.  
Succurras miseris formatò rite libellò;  
Crede feres meritis præmia digna tuis.

*Rapin*  
Eruditissimo hujus disputat. *Autori* Com-  
mensali & amico svavissimo  
id  $\mu\upsilon\eta\mu\omicron\sigma\iota\upsilon\varsigma$  l. m. q. f.  
*Valentinus* Prizen *Calbergá* Pom.  
I. Cult.

**S**ie Mufen wahren still / und hatten fleißig acht /  
Nach dem sie deinen Sinn auff diesen Sinn gebracht:  
Sie wahren stets bey dir / ihr Feind war nur das Bettel  
Die Nacht war da nicht nacht; sie wachten umb die Wette.  
Die eine schlug vor dich die Bücher selber auff /  
Und suchte was zum dienst; die andre nahm den lauff /  
Und rieß den Drucker her Sie wünschte lest: Die Lehre /  
Die du von Bitterlehre / gereiche dir zur Ehre.

Wolff Caspar Martini  
Freyberg. Misn.

**C**onscendis *Cathedram*: *Felix* ascende! *Benigna*  
*Sit Pallas* stanti, *lausq;* comes *reduis*.

Ita Per *Eximio* Dn. *Respondenti* Amico  
ac *Commensali* suo svavissimo  
precatur  
*Georgius* Gabriel *Griebe*.  
*Dresdensis* *Misnicus*.

**M**artius ut miles funestas temnere pugnas,  
Non dubitat, frigus, tum mala quæque pati.  
Si modo præclaræ repportet præmia laudis,  
*Premia* qua *vigilis* certa *laboris* erunt.  
Sic *Langenbergere* mei pars maxima cordis,  
*Palladis* ad montem nobile tendis iter:

Perge





Perge, labor quamvis durus: *bona parte labore,*  
*Duro durabunt, laurus ut usque viret.*

*Ex sincero mentis serinio  
depromebar*

J. C. Weils. Ciz. Misa.

**P**ublicum promissum specimen, docesque,  
Quomodo possit bene supplicari,  
Atque conscendis cathedram id probatum.  
Gratulor ausis.

Sed Deo, nostra Patria, Parenti  
Et viris doctis placeas, iisque  
Mox ut addaris, voveo precorque.

Sint rata vota!

*Ita Germano suo charissimo animatus  
applandebar*

Christianus Langenbergk  
Bonar. art. Cultor.

F I N I S.






ULB Halle

3


005 125 669



2017











Christo Legumlatore Cœlesti Moderante !

DIATRIBA JURIDICA

De

# SUPPLICATIO- NIBUS,

Quam

*Illustrissimo atq; Celsissimo Principe ac Domino,*

## DN. BERNHARDO SENIORE,

Duce Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Landgra-  
vio Thuringiae, Marchione Misniae, Comite in Marca &  
Ravensberg, Dynasta in Ravenstein &c.

RECTORE ATHENÆI HUIUS SALANI MAGNIFICENTISSIMO,

CONSENSU

*Magnifici, Nobilissimi atq; Amplissimi Jctorum Collegii*

*in Illustri & florentissima LL. Nutrice Salana,*

sub

Patrocinio

VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

## DN. ERNESTI FRIDERICI

### SCHRÖTERI, Jcti ac Prof. Publ. famigeratissimi,

Consiliarii Saxonici eminentissimi, Dicasterii Provincialis, Facultatis  
Juridicæ, & Scabinatus Adfessoris gravissimi,

DN. Promotoris, Patroni, Præceptoris & Hospitis sui

omni honoris ac observantiæ cultu sempiternum ob-  
sequiosè devenerandi,

*Placido Eruditorum Examini proponit*

### CASPAR Langenberg Cizâ Misnicus

Autor

In Themisterio Jctorum Horis consvetis

Ad Diem Novembris

Anno cl<sup>o</sup> 17c LVII.

JENÆ è Typographéo CASPARIS FREYSCHMIDII.

950.  
1657, 5  
5